

134

et deo in mundicia et puritate. Fuit autem totius vite sue cursus vigintrium annorum et sex mensium. Transiit ex hoc mundo in loco qui dicitur la dr anno dñi. M. cc. lxxix. quatuordecimo kalendas septembris media nocte. ferie scilicet infra octauam assumptionis beate marie virginis. Et sepultus in regia civitate marsylie in ecclesia fratrum minorum. post ipse iam dum viveret ordinavit propter beccora in illa que dicitur cruce audientia sunt verba gravissima Joannis. xxij. Aut enim laudes magnifice deus noster cuius dextera huic episcopo contulit stellerum regium diadema. Applaudant et ipsi celi ciues quorum ceteris sanctus iste sole splendidior est in terra. Lanant quoque altissime francie sicilie et vngarie regna de quorum orto cadoreis mucis flos erupit. Quorum vitis germinat dulce uiam cuius liquor celum letificans. abunde effundit in calice summi regis. Et ceteris insuper ciuitas tholosana tanto ditata psule. que apud deum aduocatum habet sedulum et patronum. Sed et fratrum minorum ordo conspicuus. noue laudis canticum promere non desistat. in aula celesti tam preclarum alium festiue diuinis conspectibus representans hec igitur.

Secunda claritas qua deus splendere fecit beatum ludouicum dicit ecclesiastice canonisationis. Joannes quidem sanctus ipsum cathalago sanctorum ascripsit seruatis omnibus que requiruntur in canonisatione sanctorum. Nam predecessores sui. scilicet Bonifacius octauus cuius tempore beatus ludouicus et hac luce migravit. Et benedictus undecimus. et clemens quintus interueniente morte id complere non valuerunt.

Tercia claritas dicitur miraculose conuulsarum namque ut presertim Joannes. xxij. asserit magnis miraculis deus sanctum ludouicum post eius obitum clarum fecit. quorum aliqua certis probata testimonijis ad declaranda huius sancti gloria ipse narrat. que etiam nos hoc loco duximus inferenda. Quedam duorum annorum puella duobus mensibus passa febres exspiravit. facta pro voto per patrem istum sancto more suscitata est et vbera matris sumpsit. Quidam puer quinque annorum febrilibus extinctus. facta pro voto pro preme eius ad vitam rediit sanus et absque febrilibus. Quedam puella annorum septem pro diebus aliquos febrilibus cruciata tandem exspiravit. facta pro voto pro suis ad dicitur sanctum. recuperavit spiritum et reuixit. Quedam puella nobilis que ex casu ad terram de nutricia brachijs pro. vij. annos passa fuerat surditate ad inuocationem huius sancti ad plenum extitit liberata. Quidam qui post fortem febrem loquam pro mensam perdidit. ad sepulcrum sancti huius delatus illam recuperavit. Quedam mulier cum ex partu quodam rior

lento de puero mortuo et in eius utero transuerso contracta in manibus et pedibus ac febribus biennio permansisset. facta pro voto ad istum sanctum. que si eam suis meritis adiuuaret toto tempore vite sue uisitaret ecclesiam ubi corpus sancti iacebat. subito cepit dormire. Et exprofecta reperit se sanam. Mulier quaedam pro octo annos morbo epileptico fatigata emisso voto que singulis annis sepulcrum sancti uisitaret more extitit liberata. Bonialis quaedam post longam febrem quam passa fuerat dolorem incurrerat in omnibus membris suis in tantum que diebus duodecim non nisi alieno adiutorio de lecto poterat se mouere. Inuocato pro huius sancti patrocinio sana et incolumis effecta. Cum homo quidam qui miraculis huius sancti detrahere nitetur euerfionem faciei et oculorum turpiter incurrisset. sicque manens per duos dies huic sancto cum omni deuotione que poterat se uouisset ad sepulcrum eius uenies et offerens caput cere antequam extitit ecclesiam reperit se sanatum. Hec inquit Joannes. xxij. sunt mirabilia solius altissimi quibus et quibus pluribus alijs mirificare uoluit sanctum suum ac totum mundo reddere uenerandum. Igitur et nos deprecemur illum ut sua interuentione obtineamus dei gratiam et tandem gloriam sempiternam. Amen.

Sermo quadragesimus septimus de sancto thoma de aquino ordinis predicatorum.

Adit illi scientiam

sanctorum. Scribitur hec uerba originali Sapiencie. r. cap. Obligatur christiana religio colere ac uenerari deuotione precipua sanctum thomam de aquino que sua eruditione mirabili singularissimaque doctrina ecclesiam dei magnopere decorauit. Nam tempore nostris nullus est adeo sapiens et doctus qui sancti thome presidio non indigeat. ut enim in hoc sermone clarum explicabimus de rebus tam humanis quam diuinis. tanta doctus. tantaque scripsit. que quilibet in quacunque facilitate peritissimus. sancti thome libros legendo doctus fieri possit. Quia de re de scientia eius disserere equum est ac rationabile quam magis illi a deo infusam quam humanis aquis tam pie fateri possumus. in quo triplicem excellentiam scie sancti thome pponimus extollendam.

Prima dicitur sublimitatis.

Secunda utilitatis.

Tercia sanctitatis.

Qualiter sanctus thomas fuit doctor theologie. et de ipsius theologie atque scie laudibus.

Capitulum. k